

NORMA REGVLARIS

SE V
DECRETA

Post Diuisionem factam à Russia
In Comitys Primis

PROVINCIALIBVS

PROVINCIAE LITHVANIAE,

PRÆSIDENTE

Admodum Reuerendo & Eximio Patre Magistro,
Fratre FRANCISCO JOSEPHO
CORVINI

DE SERRA PETRONA,

Super Prouinciam Lithuanie Visitatore & Commis-
sario, nec non

Delegato ac Vicario Generali etiā Prouinciae Russie,
Ordinis Min: S. Francisci Conuentualium.

Ab Iodem

Cum toto Prouinciae ciudem Lithuanie:

Venerando Diffinitorio.

SANCITA

Die 7 Februarij Anno Domini 1687

Fr: FRANCISCVS IOSEPH CCRVINI de Ser
ra Petrona, Art: & Sac: Th: Doctor, Seren^{mi} ac Po
ten^{mi} IOANNIS II I.Regis Poloniarum Theolo
gus, Super Prouinciam Lithuaniae Visitator & Com
missarius, nec non Delegatus ac Vicarius Generalis,
etiam Prouinciae Russiae, Præsidensq; Capituli,
Ord: Min: S. Francisci Conuentualium.

V Niversis & singulis Patribus & Fratribus, cuiuscunq; gradus, & digni
tatis Superioribus, & inferioribus, Prouincie
falu
tem in Domino

V Igilantiæ specimen, & si in quolibet statu, spe
cialiter tamen inter Seraphicos cineres, fulgen
tiūs apparere debet. Hoc enim Seraphici Ordī
nis ignitum ex postulat nomen, diligentia curâq; singu
lis Pastoribus commissa exigit; vt mala in dies occuren
tia, visitatione eorundem quantum fieri potest, eradi
centur. Et licet nō possint præuideri singula pericula,
ad quæ humana imbecillitas uti semper ad malum pro
na declinat, nec enim ad obuianda mala omnes leges
præmeditatae fuere: attamen ideo ius firmos deserere illis
quæ

què non mederi, iniustum sanè quilibet seuerum què
optimè arbitraretur. Hinc est: quòd per Patrem Magi-
strum Franciscum Iosephum Coruini de serra Petrona
super Prouinciam Lithuaniae Visitatorem & Commis-
sarium, nec nō Delegatum ac Vicarium Generalem
etiam Prouincię Russię, Præsidentemquè Capituli,
omnibus quò ad statum Spiritualem & temporalem
attentissimè in Prouincia Lithuaniae perspectis, & ex
rigoroso Fratrum examine intellectis, sequentia ab eo
pro conseruatione Regularis disciplinæ Decreta, de
consensu totiū Venerandi Diffinitorii Vilnæ in Capitu-
lo die I Februarii Anno 1687. congregati, statu-
untur: ab omnibus ad meritum salutaris Obedientiæ,
& sub pœnis in eis contentis. inuiolabiliter obseruanda.

I Cùm Domum DEI deceat sanctitudo, &
DEVS diligat decorem Domus suę. igitur Veneran-
dum Diffinitorium decreuit, vt Superiores locales, quā
do exponitur Sanctissimum Sacramentum, omnem di-
lignantiam adhibeant in promouendo cultu Diuino, ad-
sint munda ornamenta; luminaria verò saltī duodecim
tempore expositionis ardeant, ex quibus; (secundum
moder

modernam paupertatem Conuentuum) sex adminūs
ex cera accensa, sex autē reliqua ex sāuo, semper omni
modè luceant. Insuper quando processio facienda fu-
erit, pariter sicuti & supra, sex adminūs ex cera cande-
læ, grossiores tamen si fieri poterit, cum Sanctissim o
portentur; super quod nunquā omittatur & Baldachiñ
portari. Tempore verò processionis solummodò can-
tentur hymni: Pange lingua gloriosi &c vel IESV dul-
cis memoria &c uti Sacratissimo Sacramento conue-
nientes. Præterea præcipit & statuit, ut Sanctissimi Sa-
cramenti tabernaculum in quo cum pyxide Venerabile
apponitur, sit pulchrum & decentēr in unoquoq; Con-
uentu Nostro ornatum, intūs subducatur aliqua elegā-
ti materia ex serico, secundum tamen possibilitatem
Conuentuum quæ fieri potest, semperq; sic Corporale
sub Venerabili, extensum & mundum. Et quia DEVS
etiam & igne semper adorari voluit, vt patet in Sacra
Scriptura: Ignis in altari mēo semper ardebit. Ideò Ve-
nerandum Diffinitorium decreuit, vt Superiores loca-
les sedulò diligenterq; inuigilent, quatenūs semper die
noctuque lampas ex sāuo vel oleo ante Venerabile ac-
censa

censa ardeat; Sacristamque id negligentem severè puniant, sicut decet Ministros DEI. Ut autē præfatum Decretum executioni mandetur, A.R. Pr. Prouincialis in sua visitatione inquirere tenebitur, transgressores vero eiusdem severe ab eodem prima vice corrigantur in secunda autem visitatione si negligentes inuenientur officio priuentur.

II. Et quia in nonnullis Ecclesijs Ordinis Nostri non reperitur Sacrum Oleum infirmorum, vel etiam si reperitur, tamen non in conuenienti vase asservatur, & quod maius est: non in loco huic Sacramento congruo. Ac proinde de consensu totius Venerandi Diffinitorij statuitur & decernitur, ut omnes Superiores locales sub priuatione Officij, in unaquaquæ Ecclesia à latere Euâgelii ad maius altare, vel etiam à dextris, faciant aliquem paruum locum in muro, pro Sacro Oleo infirmorum, (ac etiam Baptismi ubi sunt Parochiales Ecclesiaz) qui pariter sicuti & tabernaculum Sanctissimi Sacramenti occludatur, ibique Sacrum Oleum in decenti vase apponatur & asservetur, semperque quolibet anno renouetur.

III Quia non sine maximâ Benefactorum de-
fraudatione aliquando fit, quòd obligationes perpetuae
ac etiam quotidianæ ex eleemosynis occurrentes, in
conuentibus huius Provincie non absoluuntur, aut si
absoluuntur; non tamen illis in toto satisfieri solet pro-
duabus enim obligationibus, vna tantum à superiori-
bus localibus applicari iubetur. Ideò Venerandū Dif-
finitorum; inherendo Sacri Concilij Tridentini Decre-
tis, decernit & præcipit; vt Pr: Provincialis Sacristiæ
Registra in Conuentibus reuideat, & in quibus non re-
perientur, illa procurari mandet, diligenterque; exa-
minet ac inquirat; utrum omnibus obligationibus tam
perpetuis quam temporaneis iuxta intentionem Bene-
factorū satisfiat; quod si illis satisfieri Superiores loca-
les neglexerint, aut vnam tantum produabus vel tri-
bus obligationibus applicare iussent, ab Officio ipso
facto deponantur, & priuati voce actiua & passiua à
Patre Provinciali vel à Custodibus declarentur, ad re-
stitutionemque Suffragiorum cogantur. Insuper præ-
cipit & decernit vt Pr: Provincialis in unoquoque Cō-
uentu instituat; quatenus sint duo Registrorum libri,

in

in quorum vno scriban tur distinctè absolu~~t~~ Missæ, in
altero verò elemosynæ quotidiè occurrentes, tabualquæ
ex omnibus Sacristys Conuentuum in qua cretâ notan-
tur obligationes, aboleatur. In libro verò distinctè scri-
bantur elemosynæ occurrentes, & ad quod nàm altare,
quâ die insuper datæ sunt, pro quo, vel pro qua anima
celebrandæ erunt. Ac circa prædicta obseruentur o-
mnia ut suū Officium Pr: Prouincialis exercere valeat
sicuti præcipiunt Const: Vrbæ. in cap. 3 Reg. tit III n.

12.

~~VI~~ VI Non sine maximo Conuentuum damno ab-
solutum gubernium Superiorum localium noxiū esse
Venerandum Diffinitoriū aduertens: ideo decreuit ne
in posterum vlo pacto, vlo vñquam tempore vel præ-
textu, Superiores locales bona Cōuentus administrēt
Sub perpetuâ Officii ac vtriusque vocis priuatione; sed
ea per Officiales administrentur; iuxta præscript. Sacr.
Vrbæ: Constit: in cap. 3 Reg. De administratione bo-
norum temporalium tit II. Et quoniam & Officiales
confusè soleant notare & scribere expensas Conuen-
tuum in Registris; ideo pariter Venerandum Diffinito-
rium

riū statuit; vt Pr. Prouincialis diligenter in sua visitati
one reuideat Registra Conuentuum, & obseruet; vtrū
sint legitimæ expensæ, nec ne: distincteque iubeat in
illis scribere quæ & pro quo expenduntur, nec non cō-
tributionem pro se, ordinariam, aliam pro Secretario,
item expressam pro Regentibus, pro studentibus in
Italiā ad studia euntibus, ac etiam seorsuam pro su-
is aurigis, & sic de cæteris; vt nulla defraudatio in Re-
gistris appareat.

V. Ne fiat alijs Conuentibus iniuria, decernit
Venerandum Diffinitorium, vt nullo pacto, nullo vn-
quam tempore possit Superior Ordinarius Prouincie,
census Redemptiones (vulgo Wyderkasy) de uno
Conuentu ad alium transferre, aut etiam post obitum
alicuius Patris vel fratrī, Summam eiusdē: cum præ-
iudicio vnius Conuentus applicare alteri, sed vnuſ-
quisque Conuentus sua sorte gaudeat. Idem decernit
despolijs post obitum Patrum & fratrum, nemp̄ vt
iuxta præscript: Sacrar: Constit: in Cap. VI. Reg: tit:
II. n. 6. applicentur, non verò illa pro se Prouinciales
aut Superiores locales accipiant. sin secūs fecerint, &

B Guardi-

Guardiani fuerint, priuationem vocis actiux & passi-
ux ac etiam officij sui ipso facto incurvant, si verò ipsi-
met Prouinciales: in Capitulo non nisi utraque voce
priuertur: & usque; dum non restituerint ad integrū,
nullo modo ad eandem admittantur.

VI. Ut subreptitiæ à fratribus non extorqueantur sub-
scriptiones, Venerandum Diffinitorium occurendo qui-
buscunque dolis decreuit & statuit; ne in posterum vi-
lo modo aliquis ex Patribus aut fratribus inferioribus,
vel etiam cuiuscunque gradus & dignitatis Superiori-
bus, audeat se subscribere in alba solu papyro sine scri-
ptura, ignotâ seriæ rei scriptæ; hoc autem decreuit sub
præna suspensionis à Diuinis ipso facto incurrenda.
Quando igitur debebit fieri aliqua subscriptio, priùs
res subscribenda ad noticiā dēducatur vnicuique sub-
scribenti, eidemque legi permittatur, & sic iam mani-
festas tunc primum ab eodem subscribatur. Si autem
Pr. Prouincialis aliquem ad subscriptionem insciūm rei
scriptæ, aut etiam scientem & se subscribere nolentem
eogere prælumpserit in proxime futuro Capitulo utra-
que voce priuetur. Superior verò localis ipso facto Of-
ficii

ticij sui priuationē incurrit. Insuper decreuit, ne Guar-
diani vlo pacto possint habere Patris Prouincialis in
papyro alba impressum sigillum (vulgo Bianki) cum
subscriptione eiusdem, ad discollocandos fratres; sed
discollocatio ad solum Prouincialem immediatē spe-
ctet & pertineat. Præterea decernit & statuit ut tñes
Guardini in unoquoque Conuentu legere iubeant
singulis Mensibus Registra acceptarum & expensarū
Conuentū, quibus nullus audeat se subscribere sub
præfata pñnā jjs non auditis nec examinatis, verum
legitimæ sint expensa.

VII Quoniam nullam bonam educationem Reli-
giosam habent ij qui extra formalem Nouiciatum an-
num sunt probationis agant, ignorantes ea quæ omnino
scire deberent. Igitur Venerandum Diffinitorium in-
hærendo Sac: Vib: Constit: decrevit; ut nullo modo
nullo unquam tempore Clerici Nouitiī, in Conuenti-
bus à Venerando Diffinitorio pro formalī Nouiciatu
nō determinatis possint in posterum agere probationē,
sed si contigerit aliquem Nouitium suscipere habitum
in aliquo huius Prouinciaz Conventu, statim sine morā

ad Nouiciatū remittatur: sub diligētiq; Magistricū à
omnes Nouitii sic educentur, sicuti Nostræ Vrb: Con-
stit: præcipiunt in cap II Reg tit. XLI & xv. De laicorū
verò Nouitorū probatione idem statuit, quod & Sac:
Const: præcipiunt eodem cap. tit. verò xvi. Et quia si
nito anno probationis, præcitatæ Sac: Const. omnibus
Professis in secundo seminario manere præcipiūt. Ideo
etiam Venerandum Diffinitorium decreuit, vt iuuenes
studiis incumbentes, semper abhinc in omnibus locis in
quibus solum studia fuerint habeant Magistrum Pro-
fessorum, qui eodem officio perfungatur, quo primi se-
minarii Magister fungi debet: omniaq; circa Professos
iuuenes obseruentur, secundum Sacr: Nostr: Urban:
Constit præscriptum.

VIII Non vsum sed maximum abusum Veneran-
dum Diffinitorium recognouit, qui in aliis Nostris Or-
dinis Prouinciis non seruatur, quod fratribus laicis con-
cedatur portari Clerica seu Corona. Huic præsumptu-
osæ dictorum fratrum laicorum occurrendo ambitio-
ni, decreuit; ne in posterum vllatenus aliquis ex Supe-
rioribus localibus, sub Officii sui priuatione, aut etiam
ipse

ipse met minister Prouincialis audeat iisdem concedere coronam, si secūs fecerit; in Conuocatione Diffinitoriali aut in Capitulo à Diffinitorio corrigatur. Igitur qui nō potuerint, vel etiam sufficientiam doctrinæ nō habuerint fieri Sacerdotes, snt laici tonsis capillis, & nullo modo portent clericam, sed statim ac aliquis talis presumptuosus innotuerit, sive morā eidem ab aliquo superiore locali deponatur, & si ipse met eandem sibi facere iussit vel procurauerit, pñmā carceris puniatur. Idem statuit & decernit de illis laicis, qui se per modum coronæ circum circa, vel tanquam sœculares rādunt, & qui magnos capillos ad instar eorundem portant, vt talibus ex nunc deponantur capilli, & seuerè à Superioribus puniantur.

IX Ut studentes iuuenes possint in suis studiis proficere, & vt studia in hac Prouincia floreant Venerandum Diffinitorium decreuit, ne antē triennium complectum possint amoueri studentes ex studijs, nisi gravissimā de causa & sine præiudicio Regentium, si secūs Pr: Prouincialis fecerit; à Venerando Diffinitorio in Congregatione Diffinitoriali aut Capitulari corrigatur & iniu-

& iniuriam passus studio restituatur.

X Ne amplius Sac: Concil: Trid: Decreta transgrediantur, Venerandū Diffinitorū decreuit; ut nullo modo possint promoueri ad Ordines Nostri Ordinis fratres; sine examine, & sine literis sui legitimi ortūs; sed qui illas non habuerint, cùm licentia suorum Superiorū habere procurent, aliter ad Sacros Ordines nullo modo promoueantur; si per fidem Baptismi competentes eorum anni fidelitèr non innotuerint, quæ notitia; antequām promovebuntur, primo Minister Provinciali, & vnicuiq; Superiori locali evidentèr constet. Si quis autem Superior localis hanc ordinationem transgreditur, ab Officio statim priuetur, Minister verò Provincialis & ordinatus. iuxta Sacr: Vrbani: Constit: Decreta in Cap: III Reg. tit. VI. num. 16. 17. & 18. in uiolal i litèr puniantur.

XI Sacrarum Constitutionum Urbanarum ordo & dispositio, ne amplius transgrediatur, de Patribus & filijs Conuentuum Venerandum Diffinitorum decreuit; ut non possint a Patre Provinciali & ab eius Assidente Conuentibus coaptari, sed a Patribus & filijs Cō uentus

uentūs vniuscuiusq; per secreta suffragia coaptentur.
In defectu verò horum; eo modo coaptentur Patres &
filij Conuentūs, pro alijs huius Prouinciæ Conuenienti-
bus, sicuti coaptari debent ex alijs Prouincijs Ordinis
Nostrifratres; secundum Sac: Vrb: Constit: prescript.
in Cap VI. Reg: tit. 2. n. 3. si secūs factum fuerit, cōap-
tatio irrita sit.

XII Venerandum Diffinitorum occurrendo præ-
sumptuosæ ambitioni, quæ oritur ex Titulorum indebi-
torum licentiosâ usurpatione, decernit in futurum mo-
derandos esse in omnibus Actis Prouinciæ & Conuen-
tuum Titulos, iuxta Constit: Vrb, in cap: 3. Reg: tit.
16. n. 6. ac tit. 19 n. 11. & antiquam laudabilē in Pro-
uincia consuetudinem; ut videre licet in Actis Capitu-
lorum bonæ memoriz A. R. P. Alberti Ghisa, nēmpè
Titulus Adm: Rñdi: scribatur, Adm: Rñdo Patri Pro-
vinciali, Patribus Prouinciæ, item Diffinitoribus perpe-
tuis, Magistris per lecturas & Conciones promotis, alij
autem Patres Magistri, Diffinitores, Custodes, Guar-
diani, Concionatores, Titulo Reuerendorum sicut con-
tent. Reliquis autem Sacerdotibus, Venerabilium Ti-
tulus

tulus scribatur: in priuat is autem Epistolis priuatorum
seruentur ex eisdem Constitutiones, Titulo de mittendis
& recipiendis literis. Et hoc decretum ante Diuisionem
Prouinciarum Lithuaniae a Russia, iam pridem latum:
denuò Venerandum Diffinitorium confirmat. Patri Pro-
uinciali praecipiendo; vt omnes Fratres indebitos sibi
Titulos appropriantes seuerè corrigat: quatenus hic
abusus totaliter aboleatur, & præceptum Sacrarum
Constitutionum obseruetur.

XIII Ut de arca Ærarij trium clauium in unoquoq;
Conuentu ad vnguem obseruentur Sac, Vrb: Constit:
in Cap 4. Reg. tit. 2. n. 8. & i ea adfis liberærarij sub
trib⁹ ijsdē clauib⁹ perpetuò custodiend⁹. Venerandū
Diffinitorium, quatenus ipsarum Constitutionum per
totum illum Titulum seruetur dispositio, decreuit; vt
Pater Prouincialis in quolibet Conuentu, aut etiam ip-
si ex Conuentibus Patres, Patre Prouinciali eos ad id co-
pellente, eligant sibi vnum aptum locum, in quo Arca
Ærarij fieri possit, & in qua securè conseruentur Con-
uentus elemosynæ, ac etiā particulares fratrum quas
Pater Prouincialis sub pena excommunicationis Re-

ueren-

uerendissimo Patri Ministro Generali reseruata, & sub
alijs p̄enitentiis Difffinitorio in Convocatione aut Capitulo
arbitrijs, sub rullo p̄atentiu possit ab xriario extra-
here, etiā publicz necessitatibus sui sux sive Conuentus
curia vii petitā & obtentā licentiā eorum fratrum quo-
num deen olynx fuerint. Quod & Guardiani sub ea-
dem p̄anā, & sub privatione Officij ipso facto incurrit
quorum Regimen tunc suscipient Presidents usq;
ad determinationem Patris Provincialis, non audeat,
facere. Ut autem hoc Decretum inviolabiliter obserue-
ritur; Venerandum Difffinitoriū nō Patri Provinciali præ-
cepit, quaterūs in sua prima visitatione, ex nunc illud
ex qui iubet; quod si in secunda visitatione in aliquo
Conventu xriario ad executionem presulū non inue-
rētur, ut in quocunq; Superiorē localem illud procurā-
re negligenter repetitum Officio priuet. Si autē
aliquod damnum (quod Deus avertat) fratribz alicui in
xriario accidet, Conventus ille diſtitutore teneatur
se proinde tenē prouideatur ex Conventu ne aliquod
detrimento xriario accidat.

XIV Cum Superioris locales vestiarium debitū
C illis

illis fratribus denegare soleant, quorū pauca pecunia
in zrario asseruatur: Ideò Venerandum Diffinitorum
decreuit; vt omnia necessaria in vnoquoq; Conuentu
fratribus subministrentur sicuti habitus, indusia, calce
amenta, lecternia, & cætera debita. Religiosa vesti-
menta: Contra Superiores verò illa denegantes fratri-
bus, obseruari mandat Decretum Sacr. Constit: in cap.
II. Reg. tit XXIV. n. 3. ac per totum illius Tituli nume-
rum. Item statuit vt ex vnoquoq; Conuentu Chirur-
gus & Iotrix quolibet anno pro fratribus conducatur,
vt Religiosam comoditatem habere possint, ne ad lo-
culos contra ius & Constitutionum transgressionem se-
se conferant, Pater Provincialis igitur supra gregem su-
um aduigilet, ne cōmissarum ei ouium, sanguis de ma-
nibus eius requiratur: ac proinde omnes & singulos Su-
periores locales fratribus necessaria denegantes, iuxta
Sacr: Constit: decreta punire tenebitur, si aliter fece-
rit; ipse à Diffinitorio in Cōgregatione Diffinitorali aut
in Capitulo corrigatur, vt vigilantior sit, ne ex eius oc-
casione lupus oves sic dormientis Pastoris rapiat.

XV

Seraphicus Sanctissimusq; Pater in Regula
Cap.

Cap. 6. servitio subuenire infirmis, sat clare & eviden-
ter præcepit. Hinc Venerandum Diffinitorium in corde
cuiuslibet hanc charitatē habere cupiendo; quā DEO
iuxta Apostolū vniuerscu iusq; conformetur, inhærendo
Sacris Vrb: Constit: decreuit & statuit; vt omnes Su-
periores locales, omni lubterfugio seposito, omni au-
titia pulsa, seruitum charitatis fratribus infirmis præ-
stare teneantur, videlicet: omnia necessaria illis in infi-
mitate subministrando, & suæ solertiæ auxilia præben-
do, vt nemo illis ullatenus destituatur: alias negligen-
tes; certò sciant se vocis actiuz & passiuz, Officijg; pri-
uationem, ipso facto incurtere.

XVI Cùm & sacerdularium personarum seruitum
circa rerum Monasterij administrationem & dispensa-
tionem Religiosam excedat obseruantiam, cuius non
ulli Superiores locales immemores existunt, quia ni-
nium sacerdularibus (licet bonæ indolis) gubernium ce-
larij dispensatorumq; cōcredunt & confidunt, non at-
tentis multis in locis iuris fidelitatis exemplis, cum maxi-
mo Conuentuum danno: Igitur Venerandum Diffini-
torium decrevit & statuit, vt sacerdulares omnes dispen-
satores

Satores & Canaparij in Conuentib[us] i[n] seruientes, oscylis
expediatur & absoluantur, sub pena priuationis Officij
ipso facto incurrenda; nullusq[ue] vñqu[i] s[e]cularis, sed ali-
quis alius ex Parribus aut fratribus probatæ vitæ protes-
sus, in eorum locum substitutur. Praeterea decreuit,
vt à nullo ex Patribus quilibet q[ui] is dignitatis fuerit,
Seculares in posterum pro illius necessitatibus ad serui-
tia detineantur, sed a signatu fratres iuniores Patri-
bus dignioribus, vt ipsi in Cimera inferuant statatis
temporibus iuxta indigentiam eoru[rum] idem & ve ijdem
fratres iuniores, etiam in publico & in officia sibi assi-
gnata attendere possint, Insuper precepit & statuit, vt
nullus tam ex superioribus quam utriusq[ue] ex inferioribus
audeat quemcunq[ue] secularis iuuenire, consanguine-
um vel quoquis modo proximum, vt apud Conuentum
educetur, siue intra Conuentum comparetur, recipi-
re. Superiores verò transgressores, uti Sac: Constit: præ-
cipiunt in Cap. 3, Reg. tit. 23. n. 3, etiam si id tantum
permiserint, ab officio ipso facto deponantur. Pro de-
core tamen Ecclesie; vt inferuant Musici secularis, &
pro alijs cū moditatibus Conuentus, uti aurige, & alijs

quorum

quorum tantum officium Religiosi praestare non possunt;
conceditur facultas sed sic pro his omnibus distinctus
locus a commercio & conuersatione fratrum.

XVII Quia nonnulli Superiores locales servis seu
operarijs in Conuentibus seruientibus solent detinere
mercedem & de uno loco ad alium transeundo, ampli-
us iisdem soluere nolunt, maximam praedictis pauper-
culis faciendo iniuriam. Ideò Venerandum Difflitorium
duriter tale tractare decrevit: nempe ut Pater Pro-
vincialis hos inquirat, & severissime in exemplum alio-
rum puniat, illos ad restitucionem si possibile fuerit, eti-
am cogendo; vel loco um necessaria aut res accipiendo,
& debitoribus tradendo. Quod si vero talis al quis de-
bitor in Capitulo aut Convocatione comparuerit, &
de eius debito contracto innotuerit, ipso facto & triusq[ue]
vocis priuationem incurrat. Pariter idem statuit & de-
crevit Venerandum Difflitorium de subditis villarum
Conuentus cuiuslibet; ut si iniuste & ultra leges iisdem
iunctum pridem sanctitas a Superioribus localibus oppri-
mentur, aut indebitis laboribus, aut aliquam alià malevolâ co-
rundem excoitatione, tunc ob id solum gravissime à

Patre

Patre Pro vinciali puniantur, & ad satisfactionem pauperum subditorum ab eodem cogantur, si nescius fecerit; ipse Pater Provincialis in congregatione Dissinitoriali aut in Capitulo corrigatur.

XVIII. Et ut omnia mala quæ in diæs occurrunt totaliter aboleantur, disciplinaq; Regularis in punto obseruentur; Venerandum Dissinitorium videns excessum abusum, & irreparabile Conuentuum damnum, quod noulli Superiores locales, aut alij Ordinis Nostri Religiosi, temerariè: etiam sine licentiâ Ordinarij Provincie oppignorare præsumant (quod est contra Nostras Vrb: Constit;) bona Conuentuum; præcipue argentum & similia. Ad tollendum igitur huiusmodi abusum, decreuit, ut omnimode AA. RR. PP. Provinciales pro tempore existentes, seuerissimè tales corrigan; Patres verò Custodes, in visitationibus suis, (quas saltem antè Capitulum facere omnino tenebuntur,) sedulo aduigilent & inquirant, utrum ex bonis alicuius Conventus sit quidpiam oppignoratum aut alienatum; quod si id ab aliquo Guardiauo aut alio Ordinis Nostri fratre factum repererint & non redemptum, statim fideliter Venerando

Venerando Diffinitorio notificare tenebuntur, ut in proximè futuro Capitulo aut Conuocatione voce actiua & passiua tales priuentur, & ad quæcunq; officia in habiles reddantur, si secùs fecerint; aut id neglexerint & postea hoc clare constiterit; ipsi Patres Custodes à Venerando Diffinitorio puniantur, ac vno anno voce actiua & passiua priuentur. Hoc autem Decretum intelligitur, etiam & de oppignorationibus anteactis temporibus à diuersis fratribus Ordinis Nostri factis, casu quæq; pro Conuocatione proximè futura vnuſquisque non redemerit; ut præter iam assignatas sibi pœnas, etiam & præfatis plectatur.

XVI Ut non ac grauentur Conuentus, multos e-
quos in visitatione A: R: P. Prouinciali alendo, Vene-
randum Diffinitorium decrevit & statuit; ut Pater
Prouincialis ultra quinq; equos, nullo modo secū plu-
res ad visitandos Conuentus ducat. Et ne etiā sub tem-
pus visitationis scandalosæ compotationes siant, cum
maximo Conuentuum detimento, decrevit præterea
ut supra mediam ollam vini pro rota die; si non minùs,
nō expendat plus vnuſquisq; Conuentus pro Patre Prò-
vinciali

vincia' i. Si vero hoc decretum tam quod ad primam quam
quod ad secundam partem transgredietur, & a Superiori-
bus localibus ultra debitum a P. P. Provincialibus
plus extorquetur, a Venerando Diffinitorio severè in
Capitulo absoluto Syndicatu corriganter, & utraquè
voce ad triennium priuentur. Quod Decretum ut in-
violabiliter obseruetur, ex omnibus Conventibus pro-
Congregatione Diffinitoriali vel Capitulari, ab omni-
bus fratribus in unoquoque Conventu de familia manen-
tibus, vel a P. P. Custodibus detur relatio.

XX Quoniam & Conventus Vilnensis ac grauari
soleat, multos equos extra Visitationem Petri Provinciali alendo. Ideò Venerandum Diffinitorium decre-
uit, ut in Visitatione quæ durare debet solum iuxta an-
tiquum ordinem præscriptum, nisi quinq; equi Patrii Provinciali alantur, extra verò visitationem, nullus e-
quis eidem ex Conventu ali permititur, quod si illos
in Conventu prædicto detinuerit, proprio eius sumptu
abeodem alantur.

XXI Cum nonnulli Superiores locales nullâ datâ oc-
casione, vel cù minima inventâ, vagari soleant per mun-
dum

dum, aut quæ stuando, aut etiā ad suos notos visitationis vel recreationis gratia discedendo; & sic vacuos Conuentus cum fratribus derelinquendo; nullam curā de illis habere solent. Igitur Venerandum Diffinitorium decreuit & statuit, ut tales qui tantum ad sacerdiciales sæpè sacerdos proficisci, & apud illos per longum tempus si ne necessitate morari solent, à Patre Ministro Prouinciali inquirantur, ac severè puniantur, & si necesse fuerit etiam ex Officio deponantur.

XXII Quantum ad censum Redemptionem, seu potius ad prouisionem à nonnullis huius Prouinciae fratribus fundatam, quia ad illam se intromittunt tā Prouinciales quam etiam Superiores locales; pro sua parte aliquando eandem accipiendo, & ipsos fratres vacuos relinquendo, cum maximo eorum damno & iniuria. Ideo Venerandum Diffinitorium decreuit & statuit; ut nec Pater Prouincialis, nec ullus alius Superior accipere possit à summa alicuius Patris aut fratri, prouisione ab illo fundatam: quod si aliquis ex supra specificatis id facere ausus fuerit, & evidenter accepisse innotuerit, severissime à Venerando Diffinitorio corrigatur; ac etiā

si Guardianus fuerit, vtraq; voce in perpetuum, si vero
ipse Minister Proouincialis, absoluto Officij sui syndy-
catu eadem p̄ma ad sexennium priuetur, & ad restitu-
tionem omnimode cogatur, ad eandem j; donec restitu-
erit, nullo modo admittatur.

XXIII. Præcipitur deniq; omnibus & singulis fra-
tribus, cuiuscunq; gradū & dignitatis sit, exactissima
horum Decretorum obseruantia, cum onere clandesti-
nè deferendi transgressores, ad Venerandum Diffinito-
rium, & ad Reuerendissimum Patrem Nostrum Mini-
strum Generalem, & maior adhuc eorum iniungitur
obseruantia omnibus Superioribus localibus: nempe ut
primâ die cuiuslibet Mensis, aut eâ impeditâ; proximè
aliquâ subsequenti, curent legere & publicare in Refe-
ctorio hæc Decreta, ad ea fratribus in memoriam reu-
canda & inculcanda: renuentes autem vel negligentes
deferantur a P. P. Custodibus in Congregatione Capi-
tulari vel Diffinitoriali corrigantur, & inhabiles ad vo-
cem actiuam & passiuam per sexennium reddantur.

APPENDIX

Vniuersitatis boni Pastoris rictus est, qui vult sibi com-
missum

missum gregem ita administrare, & oues varijs pascuis
vtentes, errabundas querere, inuenire, & ad proprium
ducere ouile; vt nihil sit quod ei obice ex aduerso existe
re poſit. acq; in frontem obijci. C in igitur superfluū
sit ordinationes texere, quia ordinatissima que j. Sacr:
Constit. Vrban: præscribunt Decreta. At hec que
sunt ordinata, pro maiori huius Provincie emolumen-
to, ad legendū, & in memoria a fratribus Semper te-
nendum, ijsdem oblata proponuntur; que nil aliud in
se continent, nisi incitamentum ouium ad propria pa-
scua, & defectus illarum supplementum; per quem Sa-
cratum Vrban: Constitutionum ruit obseruantia.
Quarū præceptū; vt nullus Instituti Nostri Religiosus
obliuiscatur aut deserat. Seraphici Patris & Patriar-
chæ Nostri Francisci verba quælibet admonent, & ad
illud obseruandū commouent; seruemus hec suspirē-
mus ad illa, magna enim promissimus, sed maiora pro-
missa sunt Nobis. Itaq; dum tempus habemus opere-
mur bonum. Audite ergo dilectissimi filij & in æternū
benedicti vocem Patris Vestri, & Sacrātū suarū Con-
stitutionum sitis zelatores & obseruatores. Quid quid
autem

intem in his suprascriptis Decretis continetur, nō est
excogitatum aut nouum aliquid aliud inuentum, sed
totum iuxta Cōstit: Urban: ordinatum, ac in ijsdem
est fundatum Ad Maiorem D[omi]ni Gloriam Beatissimæ
Virginis MARIAE, Ordinisq[ue] Nostri Patronorū,
ac Sanctorum Omnia[m] Honorem.

✓ Jean Joseph Comte de Ternant et
di Visitation Commiss. acclam.
et Regal ex Capit. M[un]icipal
✓ Et Maria Anna Michalowska



✓ Nobis signo ene. b[ea]t. secret. et A[cc]o. Dis. 10. 11.
Generalis